Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quaestiunculae super euangelia - Cod. Aug. perg. 191

Isidorus <Milesius>

[S.l.], 786-815

Isidor iunior: Expositionum sententiae

urn:nbn:de:bsz:31-97882

ISIDORI IUNIORIS EXPOSITIONUM SENTENTIAS INTEXUIMUS ET

Uerentes multiplicia congerere: ne fastidium legentium sic
cipiatur. non solum oblata renuat. sed et ingesta reiciat. Sup
tiaeque: ab auctoribus origine. uictorino. ambrosio. geronimo. agusti
no. fulgentio. hac nostris temporibus insigniter eloquenti gregorio. Priusquam
de principio mundi sit loquendum. dicendum est contra eos qui opere dei lego dectin
disputare nituntur dicentes; Quare fecit deus caelum et terram. quid faciebat deus ante
quam caelum faceret. quur noua uoluntas in deum ut conderet mundum exorta est
Si ergo respondendum est illis. Noua uoluntas in deum exorta non est. quia et si
mundus non erat in aeterna tamen uoluntate semper erat, Sic et in apocalip
si a XXIIII senioribus adorantibus sedenti super throno dictum est quia tu creasti
omnia et propter uoluntatem tuam erant et creata sunt, Ergo frustra dicitur,
Quur praeterito retro tempore deus uacauit noua mundi faciendi orta fuisset
cogitatio, Quando in suo aeterno semper manet consilio mundi constructio.
Nec tempus ante principium. sed aeternitas fuerit, Tempus uero a sub
stitutione creaturae. Non creatura coepit a tempore,
IN PRINCIPIO FECIT DS. intellegitur. duobus modis sine offensione
accipitur. In principio fecit deus, Id autem primo hominem fecit. Aut in principio quod est
sapientia. id est in uerbo suo fecit. Ipse est enim filius per quem facta sunt omnia ipse
principium in quo facta sunt omnia, IN PRINCIPIO FECIT DS CAELUM ET TERRAM;
Caeli nomine quidam caelestem id est angelicam indicare creaturam
estimant, Ipsa est enim caelum caeli. ad cuius comparationem caelum hoc cor
poreum terra nuncupatur, Terrae autem nomine materiam illam informem
insinuat ex qua hoc uisibile caelum et terra et uniuersa moles huius mundi
formata est, De qua alibi scribitur, Qui fecisti mundum de materia informi.
quae materia facta est ex nihilo. mundi autem species de informi materia, Proinde
duas res ante omnem diem et ante omne tempus condidit deus. id est angelicam

creaturam. & informem materiam. id est quasi caelum & terram,

TERRA AUTEM ERAT INANIS ET UACUA id est adhuc informis erat ipsa materies. quae rem. quia nondum ex ea caelum & terra nondum omnia formata erant quae formari restabant, haec enim materia ex nihilo quidem facta. praecessit tamen per ea quae facta sunt. non quidem aeternitate tempore. sed sola origine. sicut sonus cantum. Nam qui uiuit in aeternum creauit omnia simul; **ET TENEBRE ERANT SUPER FACIEM ABYSSI,**

Hanc tenebrosam abyssum ipsam adhuc materiae obscuritatem. designat quia nondum ulla specie uideri aut tractari poterat. Abissus namque inmensa aquarum profunditas appellatur, **ET SPS DI FEREBATUR SUPER AQUAS.** Etiam aquarum nomine ipsam illam informem materiam demonstrat. quae subiacebat ad uoluntatem creatoris. ad confirmanda in suis generibus omnia. Nam siue terram inanem dicas. siue abissum tenebrosam. siue aquam diuersa quidem nomina sed una eademque materia.

Terra inanis & uacua. quia nondum erat uniuersitate creaturarum conpleta. pro eo abissus tenebrosa. quia speciem luminis nondum habebat, Pro eo aqua uocata. quia siue caro. siue omnia quae gignuntur humida sunt & ex humore con creata simul. Nam & hoc caelum corporeum quod firmamentum uocatur. secunda die post conditionem lucis factum est. & haec terra tunc accepit forma quando ab aquis distincta est ipsae quoque aquae tunc speciem suam sumpserunt quando in unum sub firmamento collectae sunt.

Hec ergo hoc non illud caelum hoc corporeum caelum. sed spiritalis creatio angelorum nec illa terra uel abissus. haec uisibilia elementa. sed illa intellegenda informis & obscura materia. **ET TENEBRE ERANT SUPER ABISSUM,**

Quidam dicere solent. unde erant tenebre super abissum antequam fieret lux. Quis eas fecerit. aut si nemo fecerat aeterne sint; quibus respondetur, Non quia aliquid sunt tenebre sed ipsa lucis absentia hoc nomen accepit. sicut enim silentium nihil est. sed ubi uox non est silentium dicitur, Sic tenebre nihil sunt. sed ubi lux non est tenebre dicuntur, **ET SPS DI FEREBATUR SUPER AQUAS.**

Ferebatur autem non per spacia locorum sicut terrae sol superfertur. sed per potentiam sublimita

tis uice. Proinde quib; caput nos scribturum est. ferebatur. mebrao habet me
rieph&. quod nos dicere possimus incubabat. siue confouebat in similitudinem
uolucris oua calore animantis. Ex quo intellegimus non de spiritu mundi dici. sed de
spiritu sancto qui uiuificator est omnium & conditor. Emitte spiritum ait scribtura spiritum
tuum & creabuntur. ET SPS DI FEREBATUR SUP AQUAS;
Notandum quod in ipso exordio caeli & terrae. tota trinitas insinuatur
creatoris. Nam pater in dei intellegitur nomine. Filius in principii. Spiritus uero
sanctus qui super ferebatur aquis. DIXIT DS FIAT LUX.
Non sic quidem ad modum nostrae transitoriae dictum fiat. aliquid sic credendum est dixisse
deum fiat. Nam si transitoriae ad dictum est fiat. erat creatura aliqua un
de uoces dei fierent. Sed quia antequam diceret fiat. nulla extiterat
creatura. ipsum fiat. quod dictum est in aeternitate uerbi in nuo cis sono
enuntiatum est. talis enim dei loquutio non temporaliter praeteriens sonus
sed sola dictio est rictionis; DIX DS FIAT LUX. In hac luce forte creatio
recapitulatur creatio angelorum qui participatio aeternae lucis et dies. lux & dies
nuncupati sunt. quorum unitatem ostendere & non dictum dies primus. sed dies unus.
Exorta autem questio de angelis. quod in creatione sex dierum praetermittuntur
tamquam non sint in operibus dei opus autem dei est angelorum. hymnum trium puerorum
manifestat; Nam cum praedictum est benedicite omnia opera domini dominum.
In exsequutione eorundem operum & ita angelos nominauit. et spiritus dominus.
cum dicerem & in terra. Laudate dominum omnes angeli eius. Subiecit. quia ipse dixit
& facta sunt. His ergo exemplis a deo facti angeli demonstrantur. Sed
quo die creati sint nusquam in festi. quia scribtura sancta loquitur dixisse dominum.
quando facta sunt sidera laudauerunt me omnes angeli mei. Iam ergo erant
angeli. quarto die quando sidera condita sunt. Ergo die tertia fac
ti sunt. in promptum est enim quod die illo terra ab aquis discerpta. pabuli
herbam produxit. ergo secundo die facti sunt. nequaquam. tunc enim
facto firmamento diuisio fuit superiorum atque inferiorum aquarum.

Nimirum ergo si in operibus sex dierum angeli vel lucis significatione
creati intellegantur, Ante omnem enim creaturam facti sunt. quia prior
omnium creata est sapientia qui propter vocati sunt sapientia ge-
niti intuendo sapientiae, Verumtamen numquid et ante tempora facti sunt?
utique quia prior omnium creata est sapientia prior ideo et omnium etiam
et tempora. Oportebat enim ut creaturae inconcusse docerent et sine
suo creatori aequales omni saltim creatura priores et meliores. qui
quidem dum sint mutabiles natura facti tamen sunt inmutabiles atque
incorruptos gratia sempiterna. Nam si natura incommutabiles
essent. diabolus non utique cecidisset. Commutabilis autem namque natura
meis suffragante contemplatio creatoris. Inde privatus est angelus quia
fortitudinem suam non stetit. sed a se voluit custodiri, Tanta enim gratia
sunt angeli. ut nec ipsorum angelorum accessio. decessio ve fuerit tempora.
Duae enim sunt res in creaturis. quarum vicissitudo temporis non valet.
Primum enim angelis propter quod incommutabili inherent creatori. Secundum
materia illius informis quia nec ipsius valebat tempus priusquam excoamia ista
formarentur quae temporaliter involvuntur. **Et vidit deus lucem quia bona est.**
Non enim eam fecit lucem tam modicam quia bona esse quam scisset et antequam fie-
ret non utique fecerat. Ergo non dicas sed doces factum quod placuerat
in eam facienda. **Et divisit deus lucem a tenebris.**
Divisio lucis et tenebris: boni angeli separati a malis. post separationem
cum tenebris eorum a luce. ideo non refertur sicut in omnibus operibus dicit
deus quia bonum est. ne malum praevaricatoris videretur adprobare angelorum.
Factumque est vespere et mane. Vespere terminum
conditae creaturae, inchoandae creaturae alterius. Quaeritur aliqui cum primum vesperas per erro-
rem scripturae memoraverit: ne forte noctem prius quam diem signi-
ficare videatur. Ne advertunt primum quod praemiserit diem dicendo;
Et vocavit deus diem lucem. et tenebras vocavit noctem; Deinde quod vespere

finis diei sit, et mane finis noctis. Ergo ut beneficium cum eo oblatum prae
rogatiuam et primatum nobilitatis diei daret, per uesperum finem diei significauit:
postquam secutura erat nox, nox esset. Deinde posterie fine noctis accidunt
FACTUMQUE EST UESPERE ET MANE DIES UNUS. Dies iste
unus prior factus est propter concordiam residuorum angelorum sic appellatus est:
quorum propter unitatem insinuanda non dies primus sed dies dicitur
unus. Et idcirco ipse repetitur semp in executione creatura
rum. Quia ipse dies hoc est natura angelorum quando crea
turas ipse quam deus fecerat contemplabatur quodam
modo uesperascebat. EXCERPTA EX LIBRO QUESTIONUM AGUSTINI EPI
DE EO QUOD DICTUM EST. Factum est uespere et mane dies
unus, et hinc calumniantur manichei dum putant ita dictum esse quasi
a uespere dies coeperit. Non intellegunt operationem illam qua
lux facta est et diuisum est inter lucem et tenebras: uocataque est lux dies et tene
brae nox, quia uespere finis non principium est diei nocte complectens.
Demo ergo totam operationem non intellegunt ad diem pertinere. Post hanc
autem operationem qua finito die facta est uespera quia nox ad diem suum
pertinuerit. Non dicitur transisse dies unus nisi et iam nocte transacta
cum factum est mane. Sic denique reliqui dies computantur a mane usque ad
mane. Nunc enim quod factum est mane transactus est dies unus,
Incipit operatio quae sequitur ab ipso mane quod iam factum est et per ipsam ope
rationem fit uespera. Deinde mane transit alius dies atque ita
deinceps ceteri dies transierunt. Uespera tamen quia non permanebat in ei
creaturae contuitu sed laudem eius ad conditorem referens etiam melius in diuina
ratione conspiciebat. Tunc continuo quasi mane fiebat. Nec sic permane
bat ne de conditore in aspectu creaturae iam non uespera sed nox
usque fieret. DIXIT QUOQUE DEUS FIAT FIRMAMENTUM. Hic positum est
firmamenti nomine caelum significauit. pro eo quod fortiter et firme

Maxime quia et propter rationem firmamentum propter firmitatem. sive propter
sustentationem. et intransgressibilem terminum superiorum aquarum,
ET FECIT DEUS FIRMAMENTUM. divisitque aquas quae erant sub firma
mento ab his quae erant super firmamentum. Id est quod addidit. et divisit aquam
ab aqua. quaerendum est. utrum hunc aerem nebulosum nomen et fir
mamentum quo dividit aquas superiores nubium ab inferiori
bus quae in terris fluunt, Nam et ipse caelum vocatur. Sicut legimus
volucres caeli. dum de illo superiori dicatur. sed de isto in quo
aves volitant, An forte supra illud firmamentum aethereum
aquae sint invisibiles quae non locorum sedibus sed dignitate naturae videntur
supra caelum, De quibus nihil temere affirmandum est, Obscura res enim
haec et remota est sensibus hominum, Quidam enim pro eo quod dictum est. fiat fir
mamentum inter aquas et aquam, Id est angelis hic discretos bonos a malis
angelis putaverunt, ut supra firmamentum bonos angelos. infra vero
aquas istas vel malorum multitudinem angelorum intellegunt,
Sed hoc vere fidei ratio respuit, Aquae vero istae visibiles quidam impie
quaerentes negent factas esse a deo. pro eo quod in genesi non commemorentur
ab ipso factae neque scriptum sit, Dixit deus fiant aquae. His respondendum est. quia cum dictum est. in principio fecit deus caelum et terram. illic et aquae
intellegendae sunt, Uno enim nomine utrumque comprehensum est. tropo
metonomiae. quia ipse atque continet et id quod continetur. Nam ipsius est mare
et ipse fecit illud, **UOCAVITQUE DEUS FIRMAMENTUM CAELUM,**
Quidam autem cum de hoc firmamento quod et hic caelum vocatur. tractarent senserunt
dicentes. quidem quod prius caelum factum diceretur. et hoc idem postmodum firma
mentum vocatur nisi quia videlicet natura angelica et prius sublimis est in su
perioribus condita. et post numquam possit cadere quae est immobiliter firmata.
DIXIT DEUS CONGREGENTUR AQUAE QUAE SUB CAELO SUNT IN LOCUM UNUM
Sicut cum aquis plenum erat quod patebat aquae congregari in unum,

Sed haec superius dictum est super quam ferebatur spiritus dei. unde erat ad omnia formaturus;
Nunc autem cum dicitur congregentur aquae quae sunt sub caelo in locum unum. hoc est
ut illa materia corporalis formaretur in eam speciem quam habent istae aquae
uisibiles; Ipsa enim congregatio in unum. ipsa est aquarum formatio istarum quas uidemus
et tangimus; omnis enim forma ad unitatis regulam cogitur. ET QUOD DICIT
APPAREAT ARIDA. Quid aliud dicam intellegendum est. nisi ut illa
materia accipiat. uisibilem formam quam nunc istae quam uidemus et ui-
demus et tangimus; Superius ergo quando cognominabatur
terra inanis et uacua ipsa rerum materia nominabatur; Nondum
generibus corporalium creaturarum expleta. et quod nominabatur aqua
super quam ferebatur spiritus dei eadem est rursum materia nominabatur; Nunc autem et
quae istae et terra formatae ex illa materia quae ipsis nominibus appellabatur.
antequam formam aquae et istae quas nunc uidemus acciperent; ET VO-
CAUIT ARIDAM TERRAM. Terra ideo uocatur arida. quia ratio
ignis calorem et aquae humorem. haec terrae natura ideo habet siccita-
tem; CONGREGATIONES QUOQUE AQUARUM APPELLAUIT MARIA.
Notandum quod omnis congregatio aquarum. siue salsa uel dulcium. in ebrea
locutione maria nuncupatur. ET UIDIT DEUS QUIA BONA EST. Hoc et
bonum esse quod fecit non dicit; ET AIT GERMINET TERRA HERBAM
uirentem et facientem semen lignum pomiferum faciens fructum;
Benedixit scriptura herbam uirentem. et lignum pomiferum faciens
fructum; Nam et terra arida et infructuosa per peccatum hominis terrae
maledictae produxit; Sed hic quaestio mouetur quorundam dicentium. et
quia dicitur septima die ab omni opere suo cessauit; quomodo haec noua postmo-
dum condidit; quamuis enim propter peccatum hominis haec nata dicantur.
Nihil tamen postmodum creatum est nouum. Ergo ita intellegendum est non ut per peccatum
hominis quantum ad poenam eius creatum fuit et aliquid nouum; Maxime dum
[illegible] eundem locum non dicat spinas et tribulos pariat terra

sed pareret ubi terra. Quod dicere incipit ubi messis ad laboris extimum
quod olim post peccatum est ad pabulum animantium. Herbas autem venenosas
quas quam ad poenam vel exercitationem mortalium sint creatae, habent
tamen ipse quaedam remedia salubritatum. Et quae non praestant escam
medicinam ministrent. Et quae noxiae sunt usui hominum innoxium
praebent feris et avibus pabulum. SEQ. ET LIGNUM POMIFERUM
FACIENS FRUCTUM IUXTA GENUS SUUM. Ut autem nascentibus
singulis iustitur seminaria et secundum genera eorum similia arbusta nas
cerentur. Sicque esset eorum distincta similitudine sicut origine. DIXIT
AUTEM DEUS FIANT LUMINARIA IN FIRMAMENTO CAELI. Si quarta die
facta sunt luminaria. tres dies superiores aut quomodo finiri in vespere
vel qualem habuerint mane traduntur vel quomodo esse sine sole potuerunt.
Cum videamus nunc solis ortu et occasu diem transire, Noctem fieri solis
absentiam, Nisi ut intellegamus in ipsa memoria temporis ipsius operis distinc
tiones ita appellatas vesperas. pro peracta consummatione operis.
Mane pro inchoatione futuri diei. in similitudine scilicet humanarum operum
quae plerumque a mane incipiunt et in vespere desinunt, ET DIVIDANT DIEM AC NOCTEM
Quod dicit. sic dividant inter diem et noctem. ut soli dies detur. nox vero lunae
et astris attribuatur. ET SINT IN SIGNA ET TEMPORA IN DIES ET ANNOS
In signa scilicet quae ex sole et luna signa aliqua colliguntur. Iuxta quod et dominus di
cit, Haec sunt signa in sole et luna et stellis. Per quod significatur
tempus futurae consummationis. Signa autem dicuntur vel pro eo quod aliquid
significent futuri vel pro eo quod certa curricula temporum per sidera excursus
notantur. Non autem ea signa quae nonnulli temporum observatores notaverunt ex
primere hominum et qualitatem. qualis futurus sit unusquisque
qui natus est addidit. ut sint in signa et tempora, Scilicet ut per haec
sidera tempora distinguantur in vicibus mutationum. hiemis
veris. aestatis et autumni, In istis signa tempo[...]

aut velociorem transitum solis aut tardiorem aut aequalem. Alia enim
praestringit radiis suis, alia inflammat caloribus suis, alia temperat fovetque.
ET SINT IN SIGNA ET TEMPORA IN DIES ET ANNOS. In dies quia sol
et luna habent principatum, in annos quia luna per triceni dies duodecies
currens annum conficit. Sol autem expleto per omnia signa circuitu ad eundem
principium cursus sui recurrit. Signa ergo et tempora pertinent ad omnia
sidera, dies vero ad solem in … tantum modo. Annus autem ad cursum solis et lunae.
LUMINARE MAIUS UT PRAEESSET DIEI. Utique qui accepit diei sol principatum
tenet. LUMINARE MINUS UT PRAEESSET NOCTI ET STELLIS. Revera quia
luna per noctem principatum tenet. Et quamvis ceteris sideribus cum ea pariter
fulgeant, illa tamen splendore suo omnia superat. DIXIT ETIAM DEUS PRODUCANT
AQUAE REPTILE ANIMAE VIVENTIS ET VOLATILE SUPER TERRAM.
Quaeritur quid volatilia quae omnia per aerem versantur ab aquis producta scribantur.
Sed sciant omnes quod talia moventur istum aerem in quo aves volitant cum
pertinentibus cum aquis deputari. Pro eo quod aquarum humida exhalatione pinguescit
ut volatus avium sustinere possit ob hoc non immerito pisces et volucres
ab aquis nati commemorantur. Quia videlicet aeris et aquarum una natura
sed quicquid aquarum undosum et fluvium dumtaxat reptilibus deputatum est, quid
quid vero vaporabiliter suspensum est avibus distributum est. Dehinc
addidit legislator in speciebus suis secundum genus suum. IN SPECIES
SUAS SECUNDUM GENUS SUUM. Bene in speciebus suis secundum
genus suum, quia taliter creata sunt ut ex se ipsis aliqua gignerentur quae et
formam servarent posteritatis et specie distinguerentur a ceteris.
Dixit quoque deus PRODUCAT TERRA ANIMAM VIVENTEM IN GENERE SUO
iumenta et reptilia et bestias terrae. Haec autem tria genera animantium distinguuntur.
Iumenta enim animalia quae in usus hominum sunt intellegi voluit
quae ab hoc vocantur iumenta eo quod iuvant. In reptilibus autem serpentes nomi
navit. In bestiis leones pardos et tigrides et quidquid dentibus vel unguibus saevit.

Quidam autem dicunt dum omnia bona legantur esse creata, quare quaedam noxia et perniciosa inveniuntur; an forte propter peccatum ad vindictam creata sunt; an forte in primordiis rerum innocua facta sunt, et postea peccantibus nocere coeperunt. Quibus respondendum est: ista omnia in principio bona condita, sed post peccatum vel ad vindictam vel ad probationem perniciosa facta sunt hominum. Bona enim condita sunt, sed male agentibus dantur in flagellum. Hinc est quod per prophetam dicitur: Ego dominus et non est alius, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Numquid mala a domino creantur? Absit. Sed creare mala dicitur, insinuat dum res bene conditas peccatoribus in flagellum ponat. Ut et ipsa et per dolorem quo feriunt delinquentibus mala sint, et per naturam qua existunt bona. Ad haec contra quidem dicunt: si nobis per peccatum nostrum nocent, quare semetipsa invicem nocent? Quorum respondendum est: quia ad alia mala sunt alia aliis escae. Inde notandum est autem quare creata sint pisces, muscae et vermiculi; omnia autem in suo genere pulchra sunt, quamvis propter peccata nostra multa nobis videantur adversa. Quaeritur autem de huiusmodi minutissimis animalibus, utrum tunc creata sint quando omnia facta sunt, an post modum. De quibus credendum est quidquid ex aquis vel terris nunc nascuntur, in primaria rerum conditione fuisse creata. Cetera vero quae de viventium corporibus vel lignorum putredine vel cadaverum tabe nascuntur, non tunc creata in specie quando et ipsa animalia ex quibus nascuntur, inerant tamen in corporibus illorum potentia seminaria origine, ut consequenter de eorum corruptionibus pro suo quoque genere exorirentur. Et

ait: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.

Numquid angelis dictum est: Faciamus, quia non dixit: Faciam? Sed quia sequitur: ad imaginem nostram, nefas est credere ad imaginem angelorum hominem fuisse creatum. Nam nequaquam credendum est eandem esse imaginem angelorum et Dei. Recte ergo illic intellegitur pluralitas trinitatis; quae tamen est trinitas, quia unus est Deus. Et ita cum dixisset: Faciamus, addidit: Et fecit, inquid, Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei fecit

illum;

Non dixit fecerunt dii ad imaginem deorum. Ergo quia fiebat ad imaginem trinitatis
propterea dictum est ad imaginem nostram. Rursus autem ne in trinitate cre-
dendos arbitraremur tres deos: cum sit eadem trinitas unus deus. & fecit inquid
deus hominem ad imaginem suam & ad imaginem dei. haec si diceret & ad imaginem
suam. ET FECIT INQUID DEUS HOMINEM ad imaginem & similitudinem
suam. Querit autem inter imaginem & similitudinem dei quid intersit. Hoc namque ima-
go dei ab excellentia divinae similitudinis distat. quod imago dei anima
peccatrix esse non desinit. Addit autem similitudinem nisi anima sancta fuerit non perve-
nit. Et imago dei est omnium similitudo vero paucorum. quia illi animae creatae
praeteritae [?] haec debetur consummatae peregrinatae. Quin simile est aliud imago dei
quam mens naturaliter animae humanae conlata. Quid aliud erit si-
militudo nisi felicitatis beatitudo conferenda. Et ideo est quidem magnum
quod humana mens facta ad imaginem dei dotata sit in natura. Cuius
privilegium carent animalia & ceterae rationis experientia. & illud
est multo praestantius quod eius similitudo danda est sui creatoris in
gloria. ut ibi sit suo creatori similis ubi erit angelis socia aequa[lacuna]lis.
AD IMAGINEM ET SIMILITUDINEM SUAM. Multi dum haec
legunt vel audiunt. credunt deum in forma corporea esse pro eo quod scrib-
tum est. fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Certe
itaque nec cogitatio quae talia opinetur. Non enim secundum formam
corporis homo factus est ad imaginem dei. sed secundum rationalem mentem
iuxta quod ait apostolus. Renovamini spiritu mentis vestrae. induite
novum hominem qui secundum deum creatus est. & alibi exeuntes
inquit veterem hominem. & induite [lacuna] novum qui renova-
tur in agnitionem dei. secundum imagi- [lacuna] nem eius qui creavit
eum. Hinc apparet & quod homo non secundum corpus. sed secundum intellectum mentis
ad imaginem dei creatus est. Quamvis & ipsud corpus nostrum
tale sit fabricatum. ut ostendat nos melio[res] fere esse quam besti[lacuna]as.

& proprie dissimiles; Illa enim omnia in uentre uersum ad terram. hominis autem
corpus erectum est. quod significat animum suum in superiora, id est ad spiritalia
debere semper esse erectum; AD IMAGINEM DEI CREAVIT ILLUM. Hic homo
secundum animam ad similem fictionem creatur. Nam adhuc sequitur ut de limo formetur;
MASCULUM ET FEMINAM FECIT EOS. Nec dum enim ita facta descri
bitur. quomodo hic masculus & femina perhibetur; Sed quia ex eodem
latere erat femina peritura. in illo iam computatur per substantiam. a quo
erat producenda per formam. Ergo secundum originem adam & eua simul
creati sunt; secundum speciem uero formae postea femina ex latere uiri
formata est; BENEDIXITQUE ILLIS DEUS ET AIT CRESCITE ET MULTIPLICAMI
NI ET REPLETE TERRAM. Quidam non secundum carnalem fe
cunditatem uolunt intellegi. quia & secundum animam legitur; Tale aliquid dictum
Multiplicabo in anima mea uirtutem (ut id quod in genesis sequitur & implete
terram. & dominamini ei. Terram intellegunt carnem. quam presentia
sua implet anima ei quae maxime dominatur cum in uirtute multi
plicatur; Carnalem autem fetum ne tunc nasci potuisse dicunt.
Nec in paradiso. sed foris gignere potuisse sicut & factum est; Nam
postquam dimissi sunt inde tunc coierunt & genuerunt. Nos autem non dubitamus
secundum benedictionem dei corporaliter potuisse illos in paradiso crescere &
multiplicare; Nam masculum & feminam fecit; & non diuersi sexus
uidemus & nequaquam qui & si non peccassent. coituros tamen potuisse. sed sine
ullius libidinis perturbatione. ut membra sola uoluntas non libido mouet&.
Illud tamen credendum est quod tanta multitudo nasci potuit hominum.
quo adusque praedestinatorum sanctorum numerus compleretur.
Quia et nunc per dei gratiam colligit peccatorum quousque filii
saeculi huius generant & generantur; ET DOMINAMINI PISCIBUS
MARIS ET UOLATILIBUS CAELI ET UNIUERSIS ANIMALIBUS;
Secundo intellectu quod omnibus animalibus homo dominatur;

Bestias intellegi et hic spiritaliter, id est omnes affectiones et motus animae
quos habemus instar animalibus similes, quibus dictum est habeant et dominarentur eorum
per temperantiam et modestiam. Aliquando solent reprehendere quod dictum est dicen-
tes quod accepit homo potestatem piscium maris et volatilium et omnium pecorum et ferarum,
dum videamus multas bestias multos occidi. Sed istis primo respondendum est
quia post peccatum primus homo damnatus amisit perfectionem illam, qua ad imaginem
dei fuerat factus ut omnibus dominaretur. Merito enim peccatorum facta est
natura eorum prospero mutata in hominum adversa. **Viditque deus omnia
quae fecerat et erant valde bona.** Attendendum universaliter creatu-
ram valde bonam vocari. Singula enim vero tantum bona quae erant. Nisi
quia omnis pulchritudo quae in partibus constat multo est laudabilior in toto
quam in parte. Sic et membra corporis quaecumque sint per singula bona in eius
tamen faciunt bonum, dum singula unum valde bonum corpus efficiunt et pul-
chritudinem suae universaliter conferunt. **Igitur perfecti sunt caeli et terra.**
Bene pluraliter caelos posuit ut utrumque ostenderet, sive illud caelum spiritale,
id est in quo angelica creatura significata est, sive hoc corporeum
quod etiam nomine firmamenti vocatum est. **Et omnis ornatus eorum.**
Ornatus spiritalis caeli angeli et principatus, sedes et dominationes, potestates
et virtutes. Ornatus huius corporei caeli fulgor siderum et claritas solis et
lunae. Ornatus autem terrae diffusio maris et erectio montium, subductio vallium,
tensa camporum planities, lapsus amnium, fontium irrigatio, pratorum gemmae, viror et color
frugum, umbra arborum, genera seminum, diversitas animalium,
bestiarum, pecodum, volucrum atque reptilium, specie atque genere inmensa
differentium. Quod autem sexta die creaturae omnis perfectio senario
numero convenit, et senarius numerus mundi est, qui in ipso die totius generis
atque operis summa completa est. Unde et specialem quandam tenet perfecti
huius numeri dignitatem, unum enim et duo et tria sex faciunt. Habet enim
tres partes tales, sextam, tertiam et dimidiam. Haec etiam partes in summa
ducta;

Id est unum deum et trinitatem simul eundem consummantes, Perficiuntque senarium numerum
quae perfectio in reliquorum partibus numerorum, aut numquam aut difficile in
uestigari potest. Nisi tantum in hac perfectione senarii. in quo numerus
creaturae effectio consummata est, **Compleuitque deus die septimo
opus suum quod fecerat** Arguantur iudaei qui de otio sabbati
gloriantur quia et tunc in principio sabbatum dissolutum est dum deus operatur
in sabbato complens opera sua in eo. et benedicens ipsi diei quia eum
ipse in illo compleuerit, **Requieuitque deus ab uniuerso opere;**
Trimodam expositionem de requie dei in die sabbato ueteres posuerunt,
Siue quod translato genere locutionis ipse requiescere creditur, qui
dono suo facit requiescere nos, Siue quod ipse per quem facta sunt omnia. die ipso
in sepulchro quieuit, Siue quia omnium creaturarum initia in ipsis
diebus sex expleuit origine ut noua deinceps creaturam non con
deret. Qualiter autem dicatur requieuisse deum ab omni opere suo dominus
in euangelio protestatur dicens, Pater meus usque nunc operatur. et ego operor.
Haec quaestio ita distinguitur ut accipere debeamus requieuisse deum in die
septimo ab operibus suis. quia deinceps nullam creaturam nouam fecit, Ope
rari autem eum usque nunc non dubitamus. quia omnia ex eis facit. quae in illis
sex diebus mystice fecit. Ergo requieuit a condendis generibus creaturae
Non tamen cessauit ab opere regendi uel administrandi omnia quae creauit,
ET BENEDIXIT DIE SEPTIMO ET SANCTIFICAUIT EUM.
Quaeritur cur sanctificauit diem quietis suae qui nullum sanctificauit operis sui. Nisi quia
se creaturae quam fecit diligendo praeposuit, non sanctificans diem quo eam
faciendam incohauit. nec illum in quo eam perfecit. Ne illius aut faciendis uel fac
tis augmentum ei gaudium uideretur, Sed eum sanctificauit quo ab
ipsis in se ipso requieuit, **Istae generationes caeli et terrae
quando creatae sunt in die quando fecit deus caelum et terram**
Qui enim superius per dies singulos distincte condita omnia retulit. qualiter

nunc simul omnia uno die creata esse sapiunt. Nisi ut liquido ostenderet quod creatura
omnis simul per substantiam extitit, sed non simul per speciem processit. Rerum
quippe origo simul creata est, sed simul in specie formata non est. Et quod simul
extitit per substantiam materiae, non simul apparuit per speciem formae.
Cum enim simul factum est caelum et terra scribitur, simul spiritalia et corporalia,
simul quicquid de caelo oritur, simul factum quicquid de terra producitur indicatur.
Sidera quippe quae quarto die in caelo facta perhibentur, sed quod quarto die pro
cessit in specie, primo die in caeli substantia extitit per conditionem. Item
in primo creata terra dicitur, et tertio arbusta condita et cuncta terrae virentia
describuntur. Sed hoc quod die tertio in specie apparuit, primo in ipsa die
qua creatum est terrae substantia conditum fuit. Scriptum est enim: qui vivit in
aeternum creavit omnia simul. IN DIE QUO FECIT OMNE VIRGULTUM
AGRI ANTEQUAM ORIRENTUR IN TERRAM OMNEMQUE HERBAM REGI
ONIS PRIUSQUAM GERMINARET. Quod herbae regionis et virgulti
agri antequam exorirentur condita narrat, et si non erant exorta, quin erant facta,
nisi quia causaliter in illo die quando dictum est: producat terra herbam, tunc eis
producendi accepisse virtutem et materiam terrae quasi in radicibus, ut ita dixerim,
temporum facta erant, quae per tempora futura erant. NON ENIM PLUERAT
DOMINUS SUPER TERRAM ET HOMO NON ERAT QUI OPERARETUR TERRAM.
Quod non erat homo qui operaretur terram, quia iam sexto die factus fuisse dicitur.
Sed hoc recapitulando commemorat, quia quando fecit deus in die caelum
et terram pluerat nondum, homo factus erat. Sed fons ascendebat de terra irrigans
UNIVERSAM SUPERFICIEM TERRAE. Fontem singulari numero pro
plurali posuit, sicut milites pro militibus; quasi diceret: et nondum pluvia erat, sed
fontes per universam terram suis quibusque locis erumpentes regiones proprias
irrigabant. Noluit enim hic fontes appellans scribere, sed fontem propter
naturae unitatem. FORMAVIT IGITUR DOMINUS DEUS HOMINEM DE LIMO TERRAE.
Secundum causalem rationem in sex dierum operibus factum esse. Secundum

uel originem temporum nunc formatus est. Nec quando dictum est factus
ipsam causam fecerat deus de qua erat suo tempore homo futurus; causam
de qua in futurus formaretur. et materiam de qua formaretur id est terra
ac pulverem esse; Item nonnulli sic intellegere accipimus. postea quam dictum est
Formavit deus hominem de limo terrae. propterea non esse additum ad imaginem et si
militudinem suam quia de corporis formatione dicitur; Tunc autem homo interior
significabatur. quando dictum est fecit deus hominem ad imaginem et similitudi
nem suam; FORMAUIT IGITUR DOMINUS DEUS HOMINEM DE LIMO TERRAE
Queritur autem utrum uel nunc illa sit formatura. an sicut in utero materno fit tur
per spatia temporis creauisse utrum fecerit deus sua uoluntatis seruientem; Uerum
tamen si hoc hominum futurorum causa. unde erant insita atque praecondita in
die quo factum est caelum et terra. quando creauit deus omnia simul. Non
aliud accipimus de limo formatum intellegimus nisi per facta ea licet. quae per sit
nullis causis praedictum ubi deus hominem in sex dierum operibus fecit; ET FECIT DEUS
HOMINEM DE LIMO TERRAE Num uero tale erit corpus mortale id
factum quale primo homini creatum idem ante peccatum. Si non est hoc inquam non
sum talem. quale erat sic erit. Quia primi hominis corpus etsi habuit
in natura posse non mori. hanc et dico habuit ut si peccasset posset morte
dissolui. istud autem cuius corruptio de peccato facta est corruptio et ad mortem
mortalitas ducit. postquam cecidit in hanc moriendi necessitatem quam uide
mus et agimus accebellius primi hominis creatio corporis qualitate mu
tatum. ut ad inmortalitatem transire non possit. nisi per mortem sine morte quae
supplicium; Iterum illud quod credimus in resurrectione futurum inmortale semel
effectum. mori ultra non poterit. quia cum fuerit inmortalis animae corpus
effectum. sic ab illa ita habeo qualitas numquam moriendi reparari potest
Sed primi hominis corpus ita tale fuit quod potuit et non mori. hoc mortale est
cui necessitas facta est moriendi; in futurum quod absolute inmortale est
mori omnino non poterit. hac per hoc illo corpus facultatem non moriendi habuit
et natura;

Mortalia vero conditionem moriendi habet ex potentia. Immortale felici
tatem numquam moriendi habebit in gloria. ET INSPIRAVIT IN
FACIEM EIUS SPIRACULUM VITAE ET FACTUS EST HOMO IN
ANIMAM VIVENTEM. Si adhuc corpus solum erat cum iam ad
unitatem corporis hoc loco intellegimus. Si autem homo ille quando factus
est de limo corpus et anima erat, nunc ipsius animae sensus est
additus inspiratione cum factus est homo in animam viventem. ET FACTUS EST
HOMO IN ANIMAM VIVENTEM. Dum dicitur spiravit in faciem eius spiraculum
vitae, et factus est homo in animam viventem, non est credendum
velut partem naturae dei in animam hominis fuisse conversam
ut cogamur dicere naturam dei esse mutabilem, sicut anima ista est
quae modo augetur et minuitur, modo proficit, modo recipit, et desipit, in quo
magis errore manichei labuntur. Ergo ista natura dei erat et
misera et vitiorum labe corrupta, quod nefas est credere.
Ideo non credendum illam esse partem dei sed creaturam, maxime propheta
testante qui dicit quia finxit spiritum omnium ipse fecit omnia. Et alibi qui finxit
spiritum hominis in ipso. Quibus testimoniis factum esse spiritum hominis mani
festius comprobatur. Sed propter magis rebutare animum exemplis
firmandum est, ne forte simplicibus animam factam esse non esset quod dicitur
spiritum hominis non esse factum sed naturae dei esse, et in ipsam potestate dicere
tuerit quam illam insufflatio facta esse a deo ista permissa sunt [Sed ne forte quis dicit] desuper spiritum
non animam. Quod dicit evangelista testante quia animam quam Christus
in morte suscepit spiritum nominavit. Nam cum dixisset dominus potestatem habeo
ponendi animam meam quam sine dubio tunc posuit quando in cruce incli
nato capite spiritum emisit. Unde nullatenus dubitandum est spiritum esse animam
quae et a deo descendere nec de qualibet substantia elementorum materia
sed de nihilo factam. Nec fide sed sui ipsius mutari fecisset. Numquam vitiosa aut
mutabilis et misera esset, ut si ex elementis esset visibilis facta fuisset.

aer et terrae soliditate, aer et aquae humore, aer flatu et calore. aer
calore et igne. Sed quia haec in omnibus aperte apparet, et in deo non est, quod illi
nihil habere probatur. ET INSPIRAVIT DEUS SPIRACULUM VITAE. Ideo ani
ma spiraculum dicta est quia de nihilo facta corporis quod anima est et insuf
flata. Ideo autem addita est vitae. quia et ista aer plerumque dicitur spiritus sed non vita carnis,
ET INSPIRAVIT DEUS IN FACIEM EIUS SPIRACULUM VITAE. Quaerunt autem
utrum deus animam insufflando fecerit an ea quae facta erat corpori donando. potuit
insufflare utrumque unum est. nec habere aliquid quaestionis existimat. qui sive
insufflando animam fecerit sive donaverit. nec de aliquo flatu suo. nec de se
ipso. sed ex nihilo eam insufflando creavit. eamque reddendo corpori quod de terra
plasmaverat insufflavit. ET FACTUS EST HOMO IN ANIMAM VIVENTEM.
Non quia illud spiramen conversum est in animam viventem. sed operatum est anima
viventem. Nondum tamen spiritalem hominem debemus intellegere. qui factus est
in animam viventem. sed adhuc animalem. Tunc enim spiritalis effectus est cum
in paradiso constitutus praeceptum perfectionis accepit. Itaque postquam peccavit et
dimissus est de paradiso in eo remansit ut animalis esset, Et ideo animalem
hominem prius gerimus omnes qui de illo post peccatum nati sumus donec adsequa
mur spiritalem adam id est christum. Sic enim apostolus dicit. Non prius quod spiritale est.
sed quod animale, PLANTAVERAT AUTEM DOMINUS PARADISUM, Tres sunt opiniones
de paradiso. una eorum qui corporaliter tantummodo paradisum accipi
unt. Altera eorum qui spiritaliter tantum. Tertia eorum qui utroque modo intellegere
volunt. quorum tertiam illam magis [illegible] sententiam. PLANTAVERAT
AUTEM DEUS PARADISUM VOLUPTATIS A PRINCIPIO. Paradisus hortus
sive voluptas deliciae interpretatur. ubi etiam quod sequitur a principio. significat
quod prius quam caelum et terra dicitur factus et iste paradisus ante ordinem videretur. PRODUXITque
DOMINUS DEUS DE HUMO OMNE LIGNUM PULCHRUM ET AD VESCENDUM SUAVE,
Non ut aliquo novo genere ligno condiderit sed ex his generibus istae ligna in
statuta in paradiso quae tertia die produxerat et orta sunt eius

postmodum sed iam ex illa causa te generandi quam acceperat. Lignum etiam vitae in medio paradisi. Quidam dicunt non fuisse proprie lignum, nec lignum cogitari intellegi, nec transisse ad significandum sapientiam quae est lignum vitae. Quibus respondendum est, quia sicut petra quae percussa aquas sitienti populo praebuit, quae quamquam significabat Christum, erat tamen et visibilis petra. Ita et lignum vitae quamvis eundem significet Christum, tamen erat et corporaliter videntissimo lignum. Quod propterea lignum vitae nuncupatum est, ut nullis hominis inde gustaverint nec morbo nec senectute deficerent. Inerat his enim ex alimento isto sacramentum. Lignum quoque scientiae boni et mali. Hoc lignum ut et lignum vitae visibile et corporale fuit, cibo noxium. Quia deus qui omnia bona fecit, aliquid malum in paradisum instituere non potuit. Sed propterea appellatum est scientiae boni et mali, quia homo post eius praeceptum sibi prodidit quid esset oboedientiae bonum et inoboedientiae malum. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Qui inde dividitur in quattuor capita. Nomen uni Fison: ipse est et Ganges. Geon qui nunc dicitur Nilus, qui Ethiopiam praeter mundat. Tigris vero et Eufrates et hi sua nomina eadem nomina tenent. Sed Eufrates fluvius Mesopotamiae est. Tigris vero contra Assyrios vadit et post multa circuitu in mare rubrum infundit. Vocatur autem hoc nomine ut ait Ieronimus propter velocitatem instar bestiae tigridis nimia pernicitate currentis. Tulit ergo deus hominem et posuit in paradiso. Superius breviter explanatum paradisum et constitutum hominem dixit. Nunc autem recapitulabit ut narret et quomodo paradisus factus et constitutus. Tamen ibi posuit hominem quem fecit ut operaretur et custodiret illud. Quid operaretur vel quae non dum erat labor, aut quid defectio quid custodiret ubi nullus erat aggressor de paradiso. Sed potius hic sensus est, non ut ipse homo operaretur et custodiret paradisum, sed ut ipsum hominem deus operaretur et custodiret eum in paradiso, operans ut iustus esset, custodiens ut tutus esset.

PRAECEPIT DEUS EI DICENS. Quaeritur quomodo loquebatur deus ad hominem in para-
diso. Loquebatur enim illi aut quomodo nunc angelis loquitur per caelestem substantiam
aut quomodo patriarchis per corporalem speciem. id est ex aere caelesti sumpta
imagine. aut forte quomodo prophetis in mente. Sic scribitur. dixit mihi qui
loquebatur in me. EX OMNI LIGNO PARADISI COMEDE DE LIGNO
autem SCIENTIAE BONI ET MALI NE COMEDAS. Quid est enim
quod illa arbor si bona est quare non tango. Si mala est quid facit
in paradiso. Prorsus ideo est in paradiso quia bona est. sed nolo ut tan-
gat. quare non tango. quia oboedientem esse volo non contradicentem.
Ergo malum non erat lignum. quid ergo prohibebatur. nisi ut homo obser-
varet praeceptum. aut fuit transgressio malum. Quare prohibitum est
nisi ut oboedientem et subditum dominationi deo servaret. Sed illa contem-
nens praeceptum dei. ex eo experimentum didicit. quid esset inter bonum oboedientiae
et malum superbiae. Ex hac ergo re. ipsum lignum talem nomen accepit.
IN QUA DIE COMEDERIS EX EO MORTE MORIERIS. Utrum morte
animae hoc loco praedixerit. an corporis quaerendum est. quod autem corpo-
rali congruat morti quia non eodem tempore mortui sunt quando co-
mederunt. Ergo hanc quae non est hominis innatam extremam mortem nec accidentem
debemus accipere quae a carne separatur ab anima. Sed hanc quae
hic advenit animae cadendo. qui tunc vivat est ille quae natalis dicitur dicta.
homo a deo ... ut in aeternum occidatur in mortalitate in gehenna.
DIXIT QUOQUE DOMINUS DEUS NON EST BONUM ESSE HOMINEM SOLUM FACIAMUS EI AD-
IUTORIUM SIMILEM SIBI. Si quaeritur quare opus fuit sibi
nihil aliud occurrit nisi propter gignendos filios. Nam in prima rerum conditione
dictum fuerat. masculum et feminam fecit eos. et benedixit eos dicens.
Crescite et multiplicamini. Et quamvis enim vide de paradiso con-
venire et generare commemorentur credimus tamen eos solo pio et cogitationis
esse ... sine ullo ardore libidinis vel dolore parendi gignere

potuisse filios in paradiso. Nec mortuis parentibus succederent. Nec ipsi mori-
rentur. sed aetate vigorem sumentibus producerent ad numerum sanctorum quem
deus praedestinaverit. Nec mirandum est ut sine peccato recte
temporis aetate possent dum enoc et helias in eadem quidem mortali actenus tamen
[illegible] in corpore vivunt. FORMATIS IGITUR DOMINUS DEUS DE HUMO CUNC-
TIS ANIMANTIBUS TERRAE ET UNIVERSIS VOLATILIBUS CAELI ADDUXIT
EA AD ADAM UT VIDERET QUID VOCARET EA. Quis hoc factum est
nisi ut ostenderet quanto privilegio homo pecoribus antecellat. Et sciret quanto
melior est omnibus inrationabilibus animantibus homo, qui ratione sua
cuncta distinguere et nominatim discernere posset. OMNE ENIM QUOD VO-
CAVIT ADAM ANIMAE VIVENTIS IPSUM EST NOMEN EIUS. Adae autem non inveni-
batur adiutorium simile sibi quia nondum mulier formata erat quae ad-
iutorium eius vocatur. INMISIT ERGO DOMINUS SOPOREM IN ADAM. Ista ex-
tasis quam deus inmisit in adam ut soporatus obdormiret recte intellegitur
[illegible] ad hoc inmissa ut ipsius mens per extasin particeps fieret angelorum
et intrans in sanctuarium dei intellegeret novissima. Et evigilans tamquam pro-
phetiae plenus sacramentum quod commendat apostolus eructaverit. Cumque
OBDORMISSET TULIT UNAM DE COSTIS EIUS ET REPLEVIT CARNEM PRO EA.
Dicunt quidam quia femina de costa viri facta est. Numquid carnalium
defuit unde femina formaretur, aut si vellet dominus hominem vigilanti
costam detrahere sine dolore non potuisset. Cur ergo sopore inmisso egit.
Respondendum est illis quod ista omnia futura per Christum et ecclesiam facta sunt. Et sic ple-
nis mysteriis sacramenta quae subtilius suo loco manifestanda sunt.
ET AEDIFICAVIT DOMINUS DEUS COSTAM QUAM TULERAT DE ADAM IN MULIEREM.
Quod hic femina dicitur creata cum supra dictum sit quod ab omni opere suo requieverit deus
haec creatura in materia sed ex praecesserat informa. Prius enim origina-
liter in uno latere facta est. nunc in specie et decore eius formata est.
Et ecclesiam carnem mulieris de viro creatam, quaestio autem utrum de anima eius
acceperit anima an singulis singulae de nihilo factae sint.

uerum sic traducantur sicut corpora, et an ea de uenire credantur an
noua fiant et de parentibus minime propagentur. Quae quaestio in desi
derando difficilis est quia contrariis rationibus destruitur. Nam illi qui no
uas animas dicunt singulis corporibus dari, eorum illis opponi cernunt quia
anima paruuli quae non propagatur ut caro cum carne originali peccati
teneatur constricta. Numquid iniustus esse dicitur ut cum carne mittat animam
in igne aeterno quae tamen cum carne non habet commune peccatum. Hoc enim illis op
ponitur omnino deficiunt. At contra illi qui adserunt animas cum ipsis corpo
ribus propagari. Possunt quidem in paruulis iustum diiudicium firmare
ut commune habeant peccatum originalem sic commune uindicant.
Utriusque ex propagatione se dicunt consideratione seminum quae non concepta
pereunt et ipsi penitus obmutescunt. Anima quippe humana aeternitatem
aeternitatem in ipsa conditione sua muneris percepisse quae necesse est
ut corpus in quo hic quamuis ad tempus inhaeserit in resurrectione re
cipiat. Quis ergo dicat animam ea semina profluxisse. siue illa quae
nocturna inlusione funduntur. Quod omnis sapientis uidet quam
sit absurdum et a ratione omnimodis alienum. Hi ergo proposi
tionibus de animae origine partes se inuicem uincunt quia eam ex aequo
quaeque earum cum alienae oppositione destruunt. Ipse enim non uicit et ad sententiam
quod proponit ob hoc de hac quaestione cautius quaerendum est in maxi
me quia eas scriptura nihil certius definitum est. Nec scripturarum sententiarum
auctoritate manifestius pronuntiatum. Illud autem credendum est
paruulorum animas sub peccato originale esse adstrictas. quae nisi
accipiant baptismatis sacramentum regni caelestis perfecti ceperere
non possunt. sed cum carne commune habent peccatum. et pari iudicio dam
nabuntur in igne aeterno. Sed iam quod coeptum est prosequamur. ET ADDUXIT
EA AD ADAM UT UIDERET QUID UOCARET. Scilicet ut uocaret mulie
rem suam uitam quam postea ... DIXITQUE ADAM HOC NUNC OS DE OSSIBUS;

MEIS ET CARO DE CARNE MEA. Hoc multi confirmant ubi in-
solem carnem eam de viro detraxisse non animam. pro eo quia cum dixisset
hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea non addidit et anima
de anima mea. HAEC UOCABITUR UIRAGO QUONIAM DE UIRO SUMPTA EST.
Huius etymologia nominis in latina lingua expressa est. sic in hebraea
lingua habetur ubi quippe vir vocatur is. et mulier issa. Recte ergo
ab is appellata issa. quod et latinus interpres bene transtulit dicens. Haec
vocabitur virago quoniam de viro sumpta est. Nam virago vel habet
aliquam similitudinem eiusdem nominis. Mulier autem iuxta quod septuaginta
interpretes transtulerunt non habet. quam ob rem relinquet homo patrem
suum. ET MATREM ET ADHEREBIT UXORI SUAE ET ERUNT DUO IN CAR-
NE UNA. Sed tamen hoc ad historiam [illegible] quia totum prophetia
est. et iuxta apostolum in Christo et ecclesia adimpletur. ERANT
autem utrique NUDUS ADAM SCILICET ET UXOR EIUS ET NON ERUBESCEBANT.
Non quod eis nuditas esset incognita. sed turpitudinis nondum fuerat
cognita [illegible] quia nondum libido membra illa praeter arbitrium
commovebat. Nullus enim erat motus in eorum corpore libidinis [illegible]
dici debebat. SED ET SERPENS ERAT CALLIDIOR. Pro [illegible]
calidior serpens iste per astutiam diaboli qui erat in illo et de illo age-
bat dolum CUNCTIS ANIMANTIBUS TERRAE. Quicquid enim [illegible]
[illegible] angeli per superbiam fuissent deiecti natura tamen excellentiores sunt
omnibus bestiis per rationem eminentia. Propterea hic dixit astutior omnium
bestiarum. [illegible] angelus per eam quam accidit [illegible] elegantiam
naturae sua accepturum [illegible] per quod loquebatur et decep-
it hominem de paradiso corporali et spiritali. Nam ille angelus de spi-
ritali tantum paradiso cecidit. homo vero de isto et de spiritali et corporali.
Et paradisum corporalem ubi et secundum sensum corporis bona [illegible]
et spiritalem in quo de interna beatitudine [illegible]

QUI DIXIT AD MULIEREM. In feminino sexu coepit ut prius mulierem seduce
ret, et per mulierem virum falleret, facile autem vinceret. QUUR PRAECEPIT VOBIS
DEUS UT NON COMEDERETIS EX OMNI LIGNO PARADISI. Quid enim hic in
primis persuaderet, nisi ut voluntatem divinam dispiceret, et per hoc posset succedere.
CUI MULIER RESPONDIT. De fructu lignorum quae sunt in paradiso vescimur.
De fructu vero ligni quod est in medio paradisi praecepit nobis dominus ne comederemus illud,
ne forte moriamur. DIXITQUE SERPENS AD MULIEREM. Nequaquam
morte moriemini. Scit enim deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperien
tur oculi vestri, et eritis sicut dii scientes bonum et malum. Neque enim persuadere
quae voluit potuisset, ut magis deciperet, nisi aliquid melius persuadere
simularet. In hoc enim tribus verbis humanitatis ignorantiam reprehendit,
et subtilem divinitatis promisit, ut velocius persuaderet. dum talia pollice[ret].
Quomodo serpens ille per haec tum persuaserit, diligenter considerandum est;
pertinet magis ad salutem nostram, ut talia caecus esset. Videant enim quod
hoc enim dicit et quod dictum est: Scit enim quia quacumque die manducaveritis
ex eo aperientur oculi vestri, quid intellegitur nisi persuasum esse ut sub deo
esse nollent, sed potestate et in sua potestate potius sine deo et le
gem eius non obtemperarent. Quasi invidentes sibi ne se ipsi regerent, non indigen
tes illius lumine, sed videntes per propriam providentiam quasi oculis suis ad
dinoscendum bonum et malum quod illis prohibuerat. Hoc ergo quod persuasum est. VIDIT
IGITUR MULIER QUOD BONUM ESSET LIGNUM. Hic cognoscendum quomodo videbant
si clausos oculos habebant. Sed hoc dictum est ut intellegeremus eos oculos
fuisse apertos postquam de fructu illo acceperunt quibus se nudos viderent
et displicerent sibi, id est oculos astutiae. ET TULIT DE FRUCTU ILLIUS
ET COMEDIT DEDITQUE VIRO SUO. Eu pro dolor, ubi secum concurrere quae de
bebat accipere dedit. ET APERTI SUNT OCULI AMBORUM. Culpa quippe oculos
concupiscentiae aperuit, quos innocentiae claudere tenebat. ET APERTI SUNT
OCULI AMBORUM, NEQUE ENIM CAECI CREATI FUERANT. Ut vulgus opinatur

quandoquidem et illa audit animalia quibus nomina imposuit. Et
illa audit quia bonum erat lignum in esca et placitum oculis ad uidendum
quam et contra uidebant. sed ad discernendum inter bonum quod amiserunt.
et malum quod inciderunt. unde et ipsum lignum quod istam faceret dinos-
centiam boni et mali nomen accepit. CUMQUE COGNOUISSENT SE ESSE NUDOS:
Nudati scilicet gratia quae illis fiebat ut nuditas corporis
nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet. CON-
SUERUNT FOLIA FICUS. Utique nam inoboedientia sua caeca erant non fuisse
sed ideo feliciores per propter praeditam castitatis et uoluptate qua iam erubescerent
Ante peccatum enim nullum habebant corporis et uitam carnalem uoluntatis.
Postquam autem praeceptum transgressi sunt sic in eorum membris concupiscentia est
genitalibus libidinis. Ideo ad liberos genitalibus tegmina quae erubescen-
do eadem membra uelarent. quem etiam usum non nullae gentes usque adeo
tenent. ut dum sint nudi publice in dicta [illegible] pudenda uel
uelant. tantum quidem barbari illorum corporis sui posteriora membra nuda
nuda habent. CUM AUDISSENT UOCEM DOMINI DEI DEAMBULANTIS
IN PARADISO AD AURAM POST MERIDIEM. Quid est enim quod post peccatum
hominis in paradisum dominus non stat sed deambulat, Nisi quod
instabile culpae sua corde illorum remotum demonstrabat. Quos
iam in suo praecepto stabiles non uidebat. Quid est autem quod post meridiem
dicitur nisi quod lux feruentior uelut iam occidere iterum ei et peccatrices
commixta culpae sua frigore constringebat. Increpabit ergo adam
deambulans ut ea in mobilibus nequitia eius non solum sermonibus sed et a
rebus ostenderet. Quia tunc peccator homo et post uerba quod fecerat audire
et perambulationem animo suo sentiat statim mutabilitatem suae
inconstantiae ostenderet et puritate feruore caritatis expulsa torpore
suum animum adulterare et post declinationem solis cognosceret
quod ad tenebras propinquaret.

ABSCONDERUNT SE A FACIE DOMINI IN MEDIO LIGNI PARADISI. Abscon-
derunt se per nimium pudorem sive timorem. VOCAVITQUE DOMINUS DEUS ADAM
ET DIXIT EI. Et si per fortassis sic cum illis loquebatur sicut et nunc cum angelis
loquitur. Nunc post peccatum per subiectam creaturam illis apparuisse cre-
dendus est. VOCAVIT DEUS ADAM ET DIXIT EI ADAM UBI ES. Increpantis vox
est non ignorantis. Neque enim divina potentia nesciebat ut post culpam
servus atque in latibulo fugeret. Sed quia cum vidit in culpa lap-
sum iam sub peccato veluti ab oculis veritatis absconditum quia
tenebras erroris ejus non approbat quasi ubi sit peccator ignorat et tamen quia et
vocat et requirit et tamen dicens adam ubi es. Per hoc quod vocat signum dat
quia ad paenitentiam eum revocat. Per hoc quod requirit aperte insinuat quia
peccatores iure damnentur. Ignorat ergo dominus non sciente interrogat
ubi est. Sed cogente ad confessionem peccati. Alia enim monstratur et ut
gubernatis vox est in quibus mediis decidit homo dicendo ubi es. quasi diceret
vides ubi es. QUI AIT VOCEM TUAM AUDIVI ET TIMUI. Iam commisso primo
errore respondit quasi ideo possit displicere nudus si ipse tamen fecerit.
Est enim hoc erroris proprium ut quodcumque displicet iam deo displicere arbitretur.
VOCEM TUAM AUDIVI ET TIMUI. Impletum est quod dictum est. Abscondisti
faciem tuam a me et factus sum conturbatus. EO QUOD NUDUS ESSEM.
Ante peccatum enim nuditatem suam non abhorrebat quia eius intentio
insipiens erat. Unde ubi secus ad se ipsum conversus nuditatem suam vi-
dit et displicuit sibi eo quod habebat aliquid proprium. ET ABSCONDI ME.
Quare quia illa nuditas te non audebat ostendere. De qua etiam ipse
coeperat erubescere. QUI DIXIT QUIS INDICAVIT TIBI QUOD NUDUS ES-
SES NISI QUOD LIGNO DE QUO PRAECEPERAM TIBI NE COMEDERES COMEDISTI.
Requirenti eum domino quare ad lignum vetitum contigisset non ad se
culpam rettulit sed ad mulierem quam dominus dederat se accepisse.

respondit: ut quasi peccatum suum obliquo in auctorem redigeret, et qui eam mulierem
dederat, quae sibi ad hoc persuaderet. QUI DIXIT MULIER QUAM DEDISTI MIHI IPSA
DEDIT MIHI ET COMEDI. Neque ipsa ad se culpam retulit, sed ad serpentem, sed ab
illa de persuasionibus replicavit dicens: Serpens decepit me et comedi. Ut ipsa
quoque peccatum suum obliquo in persuasorem reduceret, quia illa serpentem per
suasorem ei deus permisisset. Serpens autem iam non requiritur, quia non ad
poenitentiam quaerebatur. Hi autem quorum poenitentiae via clausa est, voce
nequissimae defensionis contra iustitiam correptionis utebantur.
Unde hucusque in nos peccantium traductum est, ut culpa quae agitur defendatur,
et unde sanari reatus debuit, inde cumuletur. DIXIT DOMINUS AD MULIEREM
QUARE HOC FECISTI? QUAE respondit: SERPENS DECEPIT ME. Nam
serpens non interrogatur, qui nec confiteri per se peccatum potest, nec
habet omnino unde excuset. Per mortem excepit poenam et non eum
quae in ultimo iudicio reservatur, quae praeparata est ipsi et angelis eius,
sed poena eius hoc in loco dicitur. Quia cavendum est poenam
eius, ut in potestate habeat eos qui dei praecepta contempnunt.
Unde maior poena illi, quia de aliorum infelicitate laetatur. ET
AIT DOMINUS AD SERPENTEM. Nunc quod ad serpentem dicitur et ad eum
qui per serpentem operatus est: Quia fecisti hoc, maledictus es
inter omnia animantia et bestias terrae. Super pectus tuum gradieris.
Illum terrae cui septuaginta complura? cecidit. Celerius mobiliora per pectus
tortum habet, ut aliud dicatur, et lubricitas cogitationum eius per quas
ad homines gressus ipsius nequitiae est et fraus. Reliquum vero idem terram
comedet cunctis diebus vitae tuae. Inimicitias ponam inter te et
mulierem et semen illius. Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis
calcaneo eius. Tota ista sententia figurate est accipienda,
quia in his rursus temptator ille ostenditur qualis humano generi

esset futurus.

DIXIT QUOQUE DOMINUS MULIERI MULTIPLICABO ERUMNAS TUAS ET CONCEPTUS TUOS IN DOLORE PARIES FILIOS. Iam cum debitae poenae mulieri nulla quaestio est in manifesto quia et multiplicatos gemitus habet et dolores in gignendis filiis. Sed hoc etiam et pecoribus communis est. Ergo aliud secretum intus est huius sententiae quod sequentibus locis ponendum est. SUB VIRI POTESTATE ERIS ET IPSE DOMINABITUR TUI. Hoc etiam illi dominetur vir numquid de maledictione est poenae et non de natura. Apparet ergo esse vir habet subiugatam uxorem et hanc legem modis imponeret ad adiutorium non debebat feminam regere. Nam et ego primum talis dominatio mundi quod ubi contingit perversa et misera est domus. ADAE VERO DIXIT QUIA AUDISTI VOCEM UXORIS TUAE. Culpa etiam quia vir qui prius eam debuit dirigere ad mandatum uxoris proposuit voluntatem. Sic enim accepto praeceptum illa eius obtemperavit et non potius ipsa illi. COMEDISTI EX LIGNO DE QUO PRECEPERAM TIBI NE COMEDERES. Denique arguitur de gula et concupiscentia quae etiam lege supra dicta contemptionis superbiae poena secunda est. Crapula etenim et gula et mentium omnium materia iam subministraret. Nam comestio luxuriae generat. Luxuria vero peccatum peccatum augmentum generat. MALEDICTA TERRA IN OPERE TUO. Opere hic non utique rusticis colendi terram et planeque putandum sed peccati significat ut in ebrietate habet et hoc et aequale non dicendo docet dicens maledicta homini propter. SPINAS ET TRIBULOS PARIET TIBI. Hoc est enim terrae labores mortalium quia significat quia in nobis non essent si felicitatem paradisi primus homo non perdidisset. DONEC REVERTARIS IN TERRAM. Id est donec finias istam vitam. QUIA PULVIS ES ET IN PULVEREM REVERTERIS. De pulvere enim factus et formatus fuerat. Et si non peccasset utique in eodem mansisset quam maiori dei prosperitate divina restabilitas quae originis sua creatura. Per quam autem peccavit amisit aeternitatem perdidit. Et in pulverem unde ortus fuerat redit.

I

ET UOCAUIT ADAM NOMEN UXORIS SUAE EUA EO QUOD MATER ESSET CUNC-
TORUM UIUENTIUM; Hoc in sequentibus quid significet sciendum est.
Fecit quoque dominus deus adae et uxori eius tunicas pellicias et induit eos;
In tunicis pelliciis significata est illa mors. quam minatus est deus. Cum praeceptum
daret. ne fructus arboris tangeretur; Ipsi enim sibi fecerant praecinctoria de folia
ficus. et deus illis fecit tunicas pellicias; Id est ipsi appetiuerunt mentiendi libidi-
nem relicta facie ueritatis. et deus corpora eorum in istam mortalitatem carnis
mutauit quo enim maiore indicio potuit significari mors. quam sentimus in corpore.
quam pellibus quae de mortuis pecoribus detrahi solent; Itaque cum contra praeceptum in-
licitae superbiae deus esse appetiuit homo. usque ad beluarum mortalitatem deiectus est.
ET AIT ECCE ADAM FACTUS EST QUASI UNUS EX NOBIS Quod sic ipso
dicitur quod pertinet ad insultationem. et nobis ad exemplum timoris. quia non solum factus non est
qualis fieri uoluit. sed nec illud quod factus fuerat conseruauit, Peccando enim
amisit immortalitatem beatitudinem perdidit. deformauit imaginem arbitrium
uitiauit id ipsum QUASI UNUS EX NOBIS. Non aliter intellegendum est
nisi propter trinitatem. sicut et illud quod dictum est. faciamus hominem. SCIENS BONUM
ET MALUM. Utique iste per experimentum discere debuit quod sentit malum quod
deus per sapientiam nouit, QUOD AUTEM DICIT NUNC Ne forte mittat manum suam.
et sumat etiam de ligno uitae et comedat et uiuat in aeternum; Haec est ambigua
locutio est. Loquimur enim sicut dicimus. ideo moneo te. ne iterum facias quod fecisti.
Uolentes utique ut non faciat. et iterum sic ideo te moneo ne sis bonus bonis uolen-
tes utique ut sit. id est. moneo te ne dispereas quod bonus possis esse, Sic apostolus
loquitur cum dicit, Ne forte det illis deus paenitentiam ad cognoscendam ueritatem,
Potest ergo uideri propterea in labore huius uitae esse dimissus. ut aliquando manum
porrigeret ad arborem uitae, ET EMISIT EUM DOMINUS DEUS DE PARADISO UOLUP-
TATIS. Ut operaretur terram de qua sumptus est. id est ut in isto corpore laboraret.
et ibi si posset conlocaret sibi meritum redeundi. ET CONLOCAUIT EUM ANTE PARA-
DISUM. Hoc quidem significandi gratia factum est, Sed tamen factum est, ante
paradisum namque ponitur propter spem utique paenitentiae. ut aspiciens semper beatitudinis.

locum. postea si paenituisset. et a pugna temptationis rediret ad beatam vitam; quem spiritaliter paradisum nominavit. sed heu pro dolor noluit sed peccator in miseria sua permansit; CHERUBIN ET FLAMMEUM GLADIUM. atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae; Hoc per angelos in paradiso visibilis facta est putandum est ut per eorum ministerium esset illic igneam quandam custodiam. ut qui electus fuisset de paradiso. neque quam illuc ingrederetur indignus. Quid autem est tantum reprehendunt. sed etiam quis (scilicet) sibi sui blandiuntur intellegentes secundum morem suum iudicant mobilitatione;

Quicquid est fecit deus hominem quem peccaturum esse sciebat quia de peccato multa bona facere poterat. ordinans seu secundum moderationem iustitiae suae; quia nihil obest deo peccatum vel sive non peccasset homo nulli adesset. sive quia peccavit. ad iussum ordinem de peccato eius coniungitur, Nihil enim sic revocat hominem a peccato quam ad modum imminentis mortis cogitatio. sic enim facere eum quid non peccaret immo ipse hoc est facere. sic enim factus fuisset ut si noluisset non peccaret. non admitteretur. In quid diabolus ad mulierem immo ipsa ad se diabolum non admitteret, Sic enim facta erat ut si noluisset non admitteret. Non faceret inquid mulierem hoc est dicere non fieret bonum. quia et ipsa utique aliquid bonum est et tantum bonum ut apostolus eam gloriam viri esse dicat. Et omnia ex deo. Quis fecit diabolum. se ipse. Non enim natura sed peccando diabolus factus est, vel ipsum non faceret deus, si hunc peccaturum esse sciebat. Immo quare non faceret cum pro sua iustitia et providentia multos de malitia diaboli corrigat, Aut forte non audistis apostolum dicentem quos tradidit satanae ut discant non blasphemare. et de se ipso dicit, Et ne magnitudine revelationum extollar. datus est stimulus carnis meae angelus satanae qui me colaphizet. Ergo inquit bonus est diabolus. quia utilis est, Immo qui a bonus est in quantum angelus est, Malus vero in quantum diabolus est. sed bonus et omnipotens deus qui eius malitia multa et iusta et bona operatur, Non enim diabolo inputatur. nisi voluntas sua qua conatur facere malum. non dei providentia quae de illo bene operatur, ADAM VERO COGNOVIT UXOREM SUAM QUAE CONCEPIT ET PEPERIT CAIN DICENS POSSEDI HOMINEM PER DEUM.

Benedixit. possedi hominem sive acquisivi sibi. quia hee quae illis duobus ut esset nascendo homo accedit per nomen.